









Dies boni nuntii

*Isabo III. 2787.*

Sive

Jubila Magisterialia, inter nubila Martialia Patriæ,

RECTORE MAGNIFICO,

VIRO

43

*Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo*

**DN. MICHAELE SENNERTO,**

Med. D. ejusdemq; PP. in Incluta Leucorea celeberrimo,

Facult. Med. h. t. DECANO, &c.

nec non

DECANO SPECTABILI,

VIRO

*Nobilissimo, Excellentissimo, Amplissimoq;*

**DN. CONRADO SAMUELE**

**SCHURTZFLEISCH,**

Poëleos Prof. Publ.

VIRO

*Magni Ingenij, Clarissimo item, Eruditissimoq;*

**M. GEORGIO GASSITZIO,**

Bersovitzio-Hungaro p.n. Viteb. SS. Th. Stud. ac Seren.

Electoris Saxonie Alumno commendatissimo,

Decantata, & in Solatium optimorum Parentum

dicata.

à

**PATRONIS, PROMOTORIBUS, PRÆCEPTORIBUS,**

**AMICIS & POPULARIBUS.**

*A. Æ. C. M. DC. LXXVI. Die 27. April. ipso promotionis die*

**WITTEBERGÆ, Typis SCHRÖTERIANIS,**





Die...  
Johann...  
RECTOR MAG...  
VIR O...  
Dn. MICHAEL...  
M.D. D...  
TABUL...  
SAMI...  
BISCH...  
M. GEORGIO GASSI...  
PRAECEPTORIBUS...  
WITTEBERG...  
SCHRÖTERIANIS







Ignos digna manent! Testis Witeberga la-  
bore

Digna tuo confert athla MAGISTERII.  
Quæ, voveo, TE promoveant ad Culmen Honorum  
Celsius, atq; TIBI fata secunda ferant!

Johannes Andr. Qvenstedt, D.

**D**Um Tibi GASSITIO Doctissimus Ordo Sophorum  
Decernit *studii premia magna gravis:*

Magna MAGISTERII sic offert *premia; votis*  
Excipiendus eris. Sit Tibi *faustus Honor!*  
Summus ab excelso *Deus huic benedicat Olympo,*  
Sic bene, felici fidere, *crescet honor!*

Johannes Deutschmann/ D.

**Q**uid longam refert seriem numetasse dierum  
Quæis claris *Solyms, Rome, doctis vel Athenis*

Te vixisse refers, satius vel tempore pauco  
Ad Legem vixisse piè, studuisse probatè.  
Incluta non adeo multùm Te fovit ad Albim,  
Ast meritò *claros Sophiæ jam donat honores.*

Samuel Conradus Schurtzfleisch;  
Poës, P. P. p. t. Decanus.

**M**ulti sunt meriti, sed plurimus ambit, honores.  
Tu fugis: ast sequitur, TE fugiente, decus.

Nam labor assiduus meruit: Favor ipse Patronum  
Hoc cupit. Hoc, opto, floreat usq; decus.

Michael Waltherus, P. P.



Gratulatio Votiva,  
In Doctoratum Philosophicum,

*Præstantissimi atq; Eximii*

DN. GEORGII GASSITZII, HUNGARI.

**A** *Spera præcedunt, succedunt mollia: Pugnam  
Præmia, Sudorem concomitatur Honor.*

Durum erat Exilij dubiæ se credere Sorti:

Durum erat Aonii scandere Montis iter.

Nunc Tibi, GASSITZJ, superata Cacumina Pindi,

Nunc iter Exilij Prosperiora ferunt.

Arrha aurata datur Digito, Capitiq; Venusta

Mitra, Magisterij Te manet amplius Honor.

Gratulor hunc, & ut hinc Tibi commoda plurima surgant,

Ut metat hinc Fructus Patria & ipsa, precor!

*Testanda Benevolentia app.*

M. Michaël Liefman, Siles. antehac Cassovia,

Eccles. Aug. Confess. Pastor Primar. & VI. Re-

giar. Liberar. Civitat. Superior. Hungar. Su-

perintend. nunc Christi Exul.

---

**P** Rincipium felix, medium, finisq; beatus  
Numinis auxilio sit quoq; præsidio.

*Hæc insperatis sed emeritis Honoribus adjecit*

Tobias Masnicius, Illaviensium olim Diaconus,

p. n. liberatus ex Tritemibus Exul Christi.

---

**S** ic tua Castalides circumdant tempora lauro

Exornatq; tuas clarus Apollo manus.

Sic etiam meruit Virtus sudore parata

Sic Sophia studium præmia grata refert.

Gratulor ex animo summos virtutis honores

Promittit plures docta Camæna tibi.

M. Johannes Fridericus Rüdell,

Facult. Phil. Adjunct.

Effi-



**E**fficiens Deus est, idem sit finis honoris  
Principium, finis, nam Deus esse solet.  
Forma Tibi virtus, sudor nam materies est  
*Quæ Te constituent quattuor Ecce Virum.*

f.

Joh. Gobius, Acad. Min. Publ.

**G**ASSITIO nullus latos miretur honores,  
*Huic fortuna comes, dux fuit ingenium.*

Gratulatur

M. Georgius LANI, Exul pro Christo.

**U**Mbra comes Solis, Comites Virtutis honores,  
Qui capit hos, fugiunt: qui fugit, hunc subeunt.  
Altior ast Tibi mens, umbras ut capter honoris  
Ceu Phœbum sequitur gloria celsa poli.  
Gratulor ergo Tibi, devotâ mente precatus:  
*Sis lumen Matri, sis columenq; Patri.*

f.

*Mœstissima Patrie, & Optimi Parentis*  
Dn. CANDIDATI,

*recordatus, lacrymabundus ac gratulabundus*  
M. Paulus Platani, Hungarus.

**M**ultavit sortem Patrie, mutatio Cœli,  
*In melius, laurum, dum Wireberga parat.*  
Casibus his felix meliorq; Gassitzius audit  
*Quem precor, ut capiat Pannonia terra brevi.*

L. M. Q.

Joh. Simonides, Ex Rector Briznensis.

**Q**ui colis Aönias, GASSITZI, sedulus artes,  
Ac doctos volvis nocte dieq; libros,  
En meritâ clarius Tua lauru cingit Apollo  
Tempora, confert & præmia digna Tibi.

A 3

Hincce



Hincce Tibi grator, dilecte, precans: honor iste  
Sit semper faustus commoda mille ferens!

*scrib. suo Gasfitzio*

Matth. Kienast, Pos. Ung, Philos. Cand.

---

**P**remia si tollas, hominum periere labores,  
Pœnitet & gratis quælibet esse pium.  
Cur homo militia se tradit? rusticus uncò  
Cur scindit terram dente labore gravi?  
Cur alius multùm sudans sua munia curat?  
Premia ni capiant digna labore suo.  
Cur etiam doctis nos impallefcimus, ultra  
Vires nonnunquam, nocte dieq; Libris?  
Premia ni nobis atq; ampli dentur honores,  
(Hæc etiam nulli clarus Apollo negat.)  
Hæc dum consequeris, voveo, cum Laude perenni  
Multipliciq; bono, suavis Amice, tene.

M. Johann Fridericus Etelius,  
Poson. Ung.

---

*Ad CL. Dn. Candidatum*

**L**audata Virtus non sine premio  
Abivit unquam: laude carent suâ  
Præclara nunquam facta: nunquam  
Par pretium officiis negatur.  
Latere quamvis discupias bene,  
Nomen celebris nullius & Viri  
Habere: non obscurus intra  
Vivere tecta vales opaca;  
Sed vel repugnans protraheris, decus  
Capisq; summum (sis cave contumax.)  
Nam multiplex Doctrina, Virtus  
Ingeniumq; Tuum id merentur.

TIBI



TIBI ergò *Laurus* muniat hæc viam  
Ad *altiores*, opto, *Sophùm gradus*!  
*Nomen* Tuum æternùm perennet,  
Oraq; pervolitet *Virorum*!

*Paucis hisce CL. Dn. Candidati honoribus  
præclaris applaudere voluit*

Georgius Peñcker / Neosolio - Hung.

---

Q Vi virtute parat conscendere culmina honoris,  
Hic sapit & Genti lausq; decusq; cluit.  
His animis felix *Magnorum Magna propago*  
*Gasitius* lauros absq; labore tenet.  
Quod felix faustumq; fiet, *Genitoribus almis*  
Pannoniæ atq; Tibi. *Prosperet acta DEUS.*

Wynssowany Slowenske.  
Sechetnym Kodycem / ne biswa wie mille /  
Nad dite Zdarlywe / mirawne / wotypne wsszeg chwile:  
Zehoz zdaru Boha / Bratre / docekaly /  
Simeon twan z Annu / Kodico we mily.  
Kdiz Wittenbergu slawnem / ziskal sy Hodnosty:  
Zeehoz my Plesame. Popregz ty Buoch sstesty.  
Ut to sluzn f Bozyn / n Cyrkwn tez f slawne  
Kdobremu Kodycem. Spogiz was Buoch nahle.

*Bratry swemu dolozil Zradosty  
Christoph Mazarius / pro wyslobozeny z Gallii  
Dice obweseleny. Bud Bohu chwala.*

---

PRæmia parca diu nunc festâ hæc luce capessis,  
Ut *Tu* laus crescat fama decusq; precor.

De novis honoribus Clar. Dn. Can-  
didato gratulaturus

Martinus Montschka, Hung.  
Cedrus



**C**edrus, & buxus, citrus atq; vitis  
Explicant frondes tumidis racemis  
Inter arbutum roseosq; campos  
prælia versant.  
Pandit eductum cedrus alma succum,  
Se tonis aptam celebrat decora  
Buxus, excelsâ fugat arte citrus  
dira venena.

Pampinos vitis viridesq; butros  
Velat. Ast (testem probo Te Gasitzi)  
Ingerens vires celebrata palmam  
palma reportat.

*Tantum novo honori Eximii & Clariss. Dn.  
Conterranei, Amici integerrimi novos eosq;  
feliciores successus precatus apposuit*

Daniel Roxer, Scepul. Hung. S S.  
Theol. & Phil. Stud.

**D**ic mihi num largos gnarus sperabit arator  
Proventus: messorq; fruetur messe benigna,  
Fœcundus steriles quando non imbuet imber  
Sulcos; quin rebemens urit Titanius æstus:  
Sævaq; tempestas humiles grassatur in agros,  
Ac teneras segetes vastat, prosternit & æquat?

Dic mihi quando fuit facies tam tristis amœna  
Pannonia: quandoq; crucis tanto igne perusta?  
Omnia turbantur: grassatur sæva procella,  
Obruit innocuâ Christi qui nave veuntur:  
Fulmina terrifico resonant hinc inde boatu,  
Quæ solet in Christi Demon vibrare fideles.

Dic mihi sed quando vidit tot clara virorum  
Nomina, quot numerat jam tempestate malignâ?

Nunc



Nunc fulcris opus est Patria, nunc atq; columnis,  
Sicq; labascentes firmentur robore partes.  
Perge proin felix, qui pramia digna reportas  
Virtutis docta Patriam fulcire Magister!

Sic affectus candidi signum exprimit  
tenuis Musa

Georgii Michaelis, Hung.  
SS. Theol. Stud.

---

Millibus ex multis *Tbeseo* fœdere junctæ,  
Quem dolor atq; labor, *Leucoris* alma ligat,  
Dividit en junctos *rubeo* jam *murice* mitra  
Ast maneat idem, corde favente precor.  
Esto Tibi similis quod eras, semperq; secundus  
Nemo Tibi similis, nemo secuudus erit.

*Integerrimo & junctissimo suo, Dn. Cohabitatori,*  
*apposuit quod debuit, frater & Amicus ad urnam*

Esaias Pilarik, S. Andrensis Hung.  
Electoris Saxoniz Alumnus:

---

Est Crocodilus Honos: velut effugit ille fugantem,  
Sic Te, dum refugis, concomitatur Honos  
Omina fers in Te Crocodili singula, præter  
Fallentes lacrymas, quas procul esse jubes.  
Has procul esse jubes, nam Te dum *Delphica* *Laurus*  
Appetit, in plausus gutta salubris abit.  
Ergo, ad *lauricomos* quisquis contendis Honores,  
Effuge, nam sequitur gloria summa Viros.

*Hac, insperata licet non tamen ingrata*  
*Laurea Gasfiziana gratulabundus*  
*adjicere voluit*

Joh. Georg. Weixler  
N. H.

B

Wao



**W**as hat seinen Geist getrieben / daß er stracks so hoch gedencet /  
Und erhaben von der Erden / prangt mit grossem Ruhm be-  
schencket

Vom Apollo : der Ihn krönet mit der grünen Lorber-Kron /  
Welche ist der Pallas Söhne wohlverdienter Ehren-Lohn.  
Dieses macht der Jugend Zierde / die vom Himmel eingesencket /  
Die durch grossen Fleiß und Mühe / all Beschwernis abgelencket  
Und Ihn auff den hohen Berge der gelehrten Schaaren stellt  
Drum wird auch sein Lob gepriesen in Parnassus Freuden-Zell /  
Weil in Ihm sich Wis und Künste / als in einem Sitz erweisen /  
Daß er mag der Wissenschaften / ein recht völligs Wohn-Haus heissen /  
Drum auch billich Ihn umbschrencket die verdiente Lorber-Kron  
Welche heut Apollo schencket / dem geliebten Pallas-Sohn /  
Gleich wie des Magnetens-Zugend sich nur nach dem Nord-Pol richtet /  
Gleichfalls auch mein schwache Feder / ist zu wünschen Ihm verpflich-

Daß / wie Ihn die Lorber-Krone zieret / Er sey Ihre Zier  
Und dergleichen Ruhm und Ehre blühen möge für und für.  
Dieses wolte glückwünschend aus grosser  
Schuldigkeit hinzusetzen / seinem ge-  
ehrten Herrn Landsmann

Christoph Friedrich Brattenauer.

APOLLO & DAPHNE.

Met. l. i. f. 13. & 14.

Jubila post lessus: post tristia nubila Phœbi  
Lux resplendet: amans Daphnidi Apollo favet.  
Non satis est nuper solem celebrasse sacratum,  
Dilecta cingi Daphnide Phœbus amat.  
Hæc Tua fors felix, GASSITZ! Plurima Phœbus  
Festa ferat; vireat Daphnis, eatq; polo.

*Curtâ Minervâ, sed proluxo affectus  
appl.*

Gabriel Trufius, Veterisolo  
Hung.

*Ad cla-*



*Ad clarissimum Candidatum!*

**F**ata, Gasfitzi, vehat Hesperugo  
Quæ Tibi? Quid castina spondet aura?  
Nescis, ac hæres spatio tenaci

sortis amicæ.

Regna sic condit labor: astra scandit  
Robur excellens animi bonorum:  
Efficit virtus pretium laboris

sola beatos.

Dum fugis Laudis *Decus* ac Honoris  
Nec petis cultos *Tituli* triumphos  
Ipse Te *laurus* HELICON Virentis  
fronde coronat.

*Laurus* annosum Tibi signet ævum.  
Fata Te nôrint, properentq; *Parca*  
Nescium carpi Tibi destinatos,

stamen in Annos.

*Suo Gasfitzio, nunc Cl. Dn. Candi.  
dato Imq; posuit*

Joh. Majerus, Alnov. Hung.  
SS. Theol. Studiosus.

---

**Q**uod Tibi Gasfitzi Virtus quod Gloria dixit  
Hocce perenne decus, scandis, famaq; theatrum  
Arripis. Illustris Virtus est semen bonoris,  
Et calcas virtutis Honor, fax mentis honesta  
Gloria, nec quæsit tamen, fugit illa sequentes  
Umbrarum similis, tantum fugientibus instat.

Joh. Georg. Kraudi/  
Hungarus.

B 3

Hacten-



**H**Aecenus ingenuis studiis per tempora longa  
Gasfitzi cultus, digna brabeia capis.  
Applaudunt cuncti gaudet mea Musa TIARAM  
Conferri Tibi nunc: apprecor omne bonum.

*Hisce novis honoribus Praestantissimi Dn. Can-  
didati, amici & conterranei optimi gratula-  
bundus applaudit*

Johannes Hackstoc / Ruffio - Hung.  
S.S. Theol. Studiosus.

---

**T**Andem tanta capit, GASSITZI, premia crebra.  
Sedulitatis homo, tantumq; ascendit Honoris  
Culmen, nam quem à puero vigilantia nulla recessit  
Ad Clare Sopiae summos te tollit honores  
Nunc tua sedulitas, & cingit tempora a fronde,  
Cuncta tua in Summi laudes suscepta JEHOVÆ  
Pectore sincero, cedant, feliciter, Opto,

*Hisce paucis per Eximio atq; Praestantissimo  
Dn. Candidato, Amico atq; Conterra-  
neo suo svavissimo gratulati voluit,  
debut.*

Matthias Walther, Betelsdorff. Hung.  
Philos. & S.S. Theol. Studios.

---

**U**T virtus & pulcer Honos crescentibus annis  
In Te quæq; suas experiuntur opes.  
Sic Te desponsum trahit in connubia Pindus  
Et cingit lauru tempora digna, suo.

*Clarissimo Dn. Candidato Fautori &  
Conterraneo posuit*

Thomas Dentulini,  
Dritoma Hung.

os (o) so



Umg. VI 6

ULB Halle

3

005 905 370




VD 77











B.I.G.

Farbkarte #13

*habo III. 2787.*

ni nuntit:  
Sive  
r nubila Martialia Patriæ,  
**MAGNIFICO,**  
**RO** 43  
*simo atq; Experientissimo*  
**LE SENNERTO,**  
ncluta Leucorea celeberrimo,  
t. DECANO, &c.  
c non  
**SPECTABILI,**  
**RO**  
*entissimo, Amplissimoq;*  
**DO SAMUELE**  
**ZFLEISCH,**  
Prof. Publ.  
**VIRO**  
*simo item, Eruditissimoq;*  
**O GASSITZIO,**  
n. Viteb. SS. Th. Stud. ac Seren.  
umno commendatissimo,  
um optimorum Parentum  
icata  
à  
**RIBUS, PRÆCEPTORIBUS,**  
**POPULARIBUS.**  
*Die 27. April. ipso promotionis die*  
**ypis SCHRÖTERIANIS,**

